



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Guilielmus Conf. 10. Febr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

*Pias aures Domini ad te flecte; lacrymis
& suspiriis pro tuis excessibus illum clem-
enter exora; atque canticis spiritualibus
illum glorifica: nihil enim magis supermi-
ciribus spectare libet, nihil Regi summo
jucundius exhibetur. S. Bern. l. med. c. 6.*

S. GUILIELMUS CONF. 10. Febr.

Ingentia scelera GUILIELMUS pa-
ri poenitentia plectere instituit. Con-
jugio fraternæ conjugis Herodi non im-
par cœnabat unus; quod orationis in ci-
bum sufficiebat. Ad duella non invita-
bat sed cogebat obvios, neque jam Du-
cem se Aquitania putabat, nisi factio-
nis quoque quæ contra Innon. Pont. pu-
gnabat, dux esset. Mellea verba Bernar-
dus ingesserat; fel merum retulit, minas
addiderat; majores audivit. Ergo secun-
dum divina, Numine manum armatus ad
præstolantem pro templi foribus progred-
itur, & voce plus quam humana, *Hoc, ait
etiam temnes improbe? Non erat hoc loqui,
sed fulminare. Corruit humi ferox, &
qui nulli ante hac victas manus dederat,
Bernardo dedit, jamque dum omnis ca-
sum populus miratur, unus GUILIEL-
MUS negat se cecidisse, sed stare deni-
que se credit. Mox Anachoretæ consilio
nudum corpus & caput loricâ & galeâ
abscondit, longè maximum hostem se
expugnaturus. Talis ad Innoc. Pont. in-
de*

10. Feb. VITÆ SANCTORUM. 105
de Hierosolymam tendit, ibi antrum la-
chrimis implet & gemitibus, qui cælo re-
pulsus audirentur. Sub hæc patriam repe-
tens, dum ex itinere castris expugnando
operam vult locare, à viâ salutis penè
exerrat cæcus. Tamen eâdem nocte in
viam rediit, recipitque quos iterum la-
chrimis det oculos. Mox solitudinis
montesque mutat, & à cacodæmone,
qui patrem mentitus frustra ad vitam ve-
terem revocabat, verberibus immanibus
cæditur. Medicinam tamen fecit VIRGO
Magna, ut tanti jam vulnere faceret
GUILIELMUS. Ultimò in stabulo
Rhodis obiit, felicius utique, quàm in
palatiis vixerat. Ex Surio.

*Unde superbit Homo, cujus conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita: necesse mori?*

*Cur carnem tuam pretiosis rebus impin-
guas & adornas, quam post paucos dies
vermes decoraturi sunt in sepulchro? ani-
mam verò non adornas, quæ Deo ab An-
gelis præsentanda est in cælis? S. Bernard.
in Medit.*

S. AUSTREBERTA VIRG.

10. Februarij.

UNDAS puella AUSTREBERTA cùm
intueretur, sacro flammeo caput
suum vidit involvi. Placuit ea forma
G 5 su-